



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regularvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regula CVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](#)

Regulæ vtriusque iuris selectæ.

60

cludit Ias. per plura fundamenta in cons. 17. nu. 2. vol. 4. & Matthe. de Afflic. in c.i. nu. 10. de mili. vasall. qui arma bell. depositus, in vlib. feu. vbi dicit idem esse in Archiepiscopis, & episcopis, cum sint personæ illustres, & possunt seruire per substitutum, vt in c.i. de re iudi. libr. 6. quod not. Bald. in l. nullus. C. de decurio. libr. x. Hanc opin. tenet Barb. in d. rub. de feu. nu. 2. in medio, & in tract. de præstan. Card. in i. par. q. 5. Prepo. in c. t. §. & quia nu. 47. qui feu. dare possunt.

13 Limita tertio decimo, non habere locum in fratribus tertii ordin. S. Francis. Ita consuluit Roma. (per ea que diximus in regu. c.) in cons. 376. nu. 14. quem sequitur Barba. in c. ex parte, nu. 11. de feu. Curt. in d. tract. feud. in 2. par. q. 20. Ant. Capit. Neapo. in deci. x. n. 3 & 17. Prepo. Alex. in c.i. in §. & quia nu. 53. qui feud. dare possunt.

REGULA CIIII.

C O G N I T I O de suspectis tutoribus potest delegari. Hanc regulam ponit tex. in l. cognitio. ff. de offi. eius cui manda est iuris. & in l.i. in §. damus ff. de susp. & tuto.

Hac regulam amplia tripliciter, & limita uno modo, vt per Frā. Purpur. in d.l. cognitio. per totam.

REGULA CV.

C O H A R B E S tenetur de euictione coheredi, cui res euicta obvenit ex diuisione facta ab ipsis coheredibus. Hanc regulam probat tex. in l. si fratres C. comm. vtrius. iudi. Probatur de iure Regio. in l. 9. tit. 15. par. 6. Ratio huius regulæ est, quia diuiso, que fit a partibus, vicem obtinet permutationis l. communis diuidendo. §. si debitor, ff. commu. diuid.

Hanc regulam amplia uno modo, & limita tribus modis, vt per Fran. de Ripa in l. qui Romæ, in §. duo fratres nu. 97. ff. de ver. ob.

REGULA CVI.

C O L L A T E R A L E S succedunt in feudum usque ad septimum gradum. Hanc regulam probat tex. in c.i. in §. quia vidimus, qui feu. dare poss. in vlib. feu. & ibi And. de Iser. Bal. in auth. defuncto col. i. C. ad Tertull. Curt. Iun. in tract. feud. in 2. par. questio. 17. nu. 43. Matthæ. de Afflic. in c.i. in §. hoc quoque nu. 41. de successio. feud. Hieron. Gratus in cons. 9. num. 46. vol. i. Quam regulam latissime examinat Martinus Laudenfis, in cons. 119. nu. 8. inter con. filia Alberti Bruni.

¶ Limita primo, vt non procedat in successionibus regni, quia tunc admittuntur illi qui essent ultra millesimum gradū. Ita singu. dixit

R 4 Bald.

D. Petri Duen.

Bald. in c. i. de feudo Marchiae. in v. s. b. feud. in pen. col. quem sequitur Alua. & Matth. de Afflict. in d. §. hoc quoque. nu. 40. Cur. iunior. in d. tract. feu. in d. q. 17. nu. 49.

2. Limita secundo, non procedere in feudo iurisdictionis, & castorum, & terrarum: nam in ipsis succedunt collaterales ultra septimum gradum: quia feudum iurisdictionis videtur concedi vnicuique insolidum. Hanc limitationem ponit Franciscus. Aret. in consil. 16. nu. 2. in fi. maxime in feudo Marchiae & Ducatus, Comitum & Baronum: nam in ipsis succedunt etiam usque centesimum gradum. ita stabiliter concludit Bal. in c. i. in §. capitale. ver. item apponitur, de feudo Marchiae. Hiero. Gratus in consil. ix. nu. 46. vol. 1. Deci. in consil. 85. nu. 3. Curt. iun. in d. q. xvij. nu. 46.

REGULA CVII.

Comes sub dominio Regis in dubio presumitur habere Comitatum iure proprio: non autem tanquam feudalem. Hanc regulam ponit Hostien. & Ioan. And. in c. fi. de iudi. & in c. nimis & in Anto. de Butr. de ureiran. Cardi. Alex. in præludiis feudo. nu. 56. Alex. in consil. xv. in princ. vol. 5.

Hanc regulam ponit And. Alciat. in tract. presump. in 2. regu. p. 3. nu. 2. ubi eam limitat quinque modis.

REGULA CVIII.

Commissione facta iudicii, quod debeat iudicare secundum filium alterius, valet. Hanc regulam ponit Abb. & Ioan. de Imo. in c. si pro debilitate, de offi. dcle. Bart. in l. j. in §. si plures. nu. 18. si de exerci. a. & Bal. in Authen. ad hæc. in prim. C. de iudi. & in l. nec quicquam in §. ubi decretum. nu. 5. col. 1. versi. item quilibet ordinarius. ff. de offi. proconsu. et leg. Io. de Imo. in l. in illa institutione. nu. 14. in medio. ff. de heredibus instituen.

Hanc regulam limita tribus modis, secundum Deci, in c. si probabilitate. nu. 69. de offi. delega. usque ad nu. 74.

REGULA CIX.

Concessio, vel obligatio non perit, mortua persona vel aliquid competit, vel fuit concessum, aut relictum, vel promissum sed ius competens transit ad haeredes. Quam regulam probat textus in l. si pactum. ff. de proba. in l. j. C. ut actiones & haeredib. & contra haere. & in l. veteris. C. de contra. vel commi. stip. Circa qualiter regulam vide Alex. in l. si quis filium. in §. j. ff. de acquir. haere. Phil. l. ip. Deci. & docto. in l. haeredem. ff. de reg. iu. Ias. in §. actiones. nu. 1. cum aliis. Instituta de actioni.

Hanc regulam ponit Alber. Brunus in tract. de interitu & perpetuacione